



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCCLII. ad annum CCCCLXXX.

**Parisiis, 1644**

Inhaltsverzeichnis

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14918**

Anathematizamus etiam illos, qui Dei Filium necessitate carnis mentitum esse dicunt, & eum propter assumptum hominem non omnia facere potuisse quæ voluit. Iouiniani quoque damnamus hæresin, qui dicit nullam in futuro meritorum esse distantiam, nosque eas ibi habituros esse virtutes, quas hic habere neglexerimus. Liberum sic esse confitemur arbitrium, ut dicamus nos semper Dei indigere auxilio; & tam illos errare qui cum Manichæis dicunt hominem peccatū vitare non posse, quam illos qui cum Iouiniano asserunt hominem non posse peccare; vterque enim tollit libertatem arbitrii. Nos vero dicimus, hominem semper & peccare & non peccare posse, ut semper nos liberi confiteamur esse arbitrii. Hæc est fides, papa beatissime, quam in ecclesia catholica didicimus, quamque semper tenuimus & tenemus. In qua, si minus perite, aut parum caute aliquid forte positum est, emendari cupimus a te, qui Petri & fidem & sedem tenes. Sin autem hæc nostra confessio apostolatus tui iudicio comprobatur; quicumque me maculare voluerit, se imperitum, vel maleuolum, vel etiam non catholicum, non me hæreticum comprobabit.

Condemnatio Iouiniani errorum.

## EPISTOLA V.

## ZOSIMI PAPÆ

## AD EPISCOPOS GALLIÆ.

## De priuilegiis ecclesiæ Arelatensis.

- |   |   |
|---|---|
| I. <i>Vt qui Romam e Gallia veniunt, formatas accipiant a metropolitano Arelatensi.</i> | <i>Viennensem, &amp; per utramque Narbonensem.</i>            |
| II. <i>Vt metropolitanus Arelatensis episcopos ordinet per prouinciam</i>               | III. <i>Vt ecclesiæ Arelatensi sue parochiæ restituantur.</i> |

*Zosimus vniuersis episcopis per Gallias & septem prouincias constitutis.*

## I.

**P**LACVIT apostolicæ fedi, ut si quis ex qualibet Galliarum parte, sub quolibet ecclesiastico gradu, ad nos Romam venire contendit, vel alio terrarum ire disponit, non aliter proficiscatur, nisi metropolitani Arelatensis epi-

Ecc iij